

**LINNAEA.**  
Ein  
**Journal für die Botanik**  
in ihrem ganzen Umfange.  
Dreiunddreissigster Band.

Oder:  
**Beiträge**  
zur

**Pflanzenkunde.**

Siebenzehnter Band.

*33*

Herausgegeben

von

**D. F. L. von Schlechtendal,**

der Med., Chir. u. Philos. Dr., ordentl. Prof. an der Universität zu Halle  
und mehrerer gelehrten Gesellschaften Mitglied.

Mit drei Tafeln Abbildungen.

---

Halle a. d. S. 1864 u. 1865.  
gedruckt auf Kosten des Herausgebers.

---

In Commission bei C. A. Schwetschke und Sohn.  
(H. Brühl in Braunschweig.)

MISSOURI BOTANICAL  
GARDEN LIBRARY

## Inhalt.

Seite

<b>Plantarum novarum Chilensiom Centuriae, inclusis quibusdam Mendocinis et Patagonicis. Auctore Rud. Am. Philippi, hist. nat. in Univers. Chilensi professore etc.</b>	1
<b>Ergänzender u. berichtigender Nachtrag zu dem Taschenbuche der Flora von Thüringen, von Fr. Chr. G. Schönheit</b>	<b>309</b>
<b>Weitere Nachträge und Verbesserungen zu Schönheit's Taschenbuch</b>	<b>751</b>
<b>Beiträge zur Kenntniss der Coniferen, von D. F. L. v. Schlechtendal.</b>	
I. Ueber <i>Widdringtonia</i> Endl., von Demselben. Mit Taf. I.	339
II. <i>Cupressus</i> , von Demselben. Taf. II.	362
III. Ueber einige nordamerikanische <i>Pinus</i> -Arten und die systematische Anordnung der <i>Abietineae</i> , von Dr. L. Engelm. (Uebersetzt.)	383
IV. Beobachtungen an verschiedenen Coniferen, von D. F. L. v. Schlechtendal.	
1. <i>Pinus Strobus</i>	395
2. <i>Pinus uncinata</i>	396
3. Abnorme Bildungen	
a) bei <i>Pinus Strobus</i>	400
b) bei <i>Pinus austriaca</i>	693
c) bei derselben	693
d) bei <i>Pinus Pinea</i>	694
e) Zapfen von <i>Pinus Laricio</i>	696

# Plantarum novarum Chilensium

Centuriae inclusis quibusdam Mendocinis et Patagonicis.

Auctore

*Rudolfo Amando Philippi,*

hist. nat. in Universitate chilensi professoro etc.

---

583. Clematis mendocina Ph. Cl. foliis biternatis, vix puberulis; foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, raro trifidis, bifidisve, pinnarum lateralium confluentibus; pedunculis trifloris, folium subaequantibus; floribus dioicis; petalis numerosis, filiformibus, foliola calycina subaequantibus. An. Univ. Chil. 1862. 2. p. 389.

In provincia Mendoza legit orn. Wene. Diaz; ibi vocatur (nomine generali) *Bejuco*. — Specimen unicum ♀ vidi. Caulis profunde sulcatus. Folia quinquepollicaria; pars nuda petioli fere 21 lin. longa; foliolum laterale pedicello 6 — 8 lin. longo fultum, tripartitum, lacinias lanceolatis integerrimis, intermedia bipollicari; foliola terminalia tria, pedicello 3 — 5-lineari fulta, caeterum similia, sed lateralia interdum extus unilobulata, rarius trifida. Pedunculi folium aequantes, dense pubescentes, praesertim superius; ad divisionem pedunculi folia duo, lanceolata, in petiolum attenuata, et pedicelli late-

mihi flor. Atac.: foliis linearibus, fere pinnatifidis; lobis calycinis ovatis nec spathulatis neque excrescentibus; staminibus inclusis etc.

932. **Eutoca pusilla** Ph. Eu. pusilla, pubescens, viscosa; foliis bipinnatifidis, laciis brevissimis, angustis; floribus minutis, axillaribus terminalibusque; laciis calycinis linearispathulatis.

In Andibus prov. Santiago loco dicto „Malpaso“ inveni.— Radix simplex, filiformis, pallide fusca. Caulis vix  $2\frac{1}{2}$ -pollicaris, erectus, filiformis, apice nudus. Folia radicalia  $1\frac{1}{2}$  poll. longa,  $2\frac{1}{2}$  lin. lata, pinnis 6—10; latit. laciarum vix  $\frac{1}{3}$  lin. Flores inferiores axillares, imo fere basilares, pedunculo 5 lin. longo insidentes, supremi fere capitati, subquini, basi foliis nonnullis cincti; quae simpliciter pinnatifido-incisa. Calyx in flore fere 2 lin., in fructu 3 lin. longus; laciis linearibus,  $\frac{1}{8}$  lin. latis, basi angustatis. Corolla basi intescens, apice violascens, fere 3 lin. longa. — Differt ab *Eu. Cumingii* Benth. exigitate omnium partium; laciis calycinis multo angustioribus; corolla bene explicata calyce multo longiore.

933. **Heliotropium mendocinum** Ph. Ann. Univ. Chil. 1862. 2. p. 400. — H. suffruticosum, ramosissimum, pilis albis appressis omnino strigosum; foliis linearibus, in petiolum brevem attenuatis, acutis, margine subrevolutis; spicis laxis; plerumque geminatis; basi bracteolatis; corollae albae, calycem bis aequantis tubo extus et intus strigoso; stigmate conico, glabro, apice penicillato, stylum fere superante; nuculis hispidis.

In prov. Mendoza legit orn. W. Diaz. — Radix simplex, fusca. Caulis sex poll. altus, basi praesertim valde ramosus. Folia majora 7 lin. longa, 1 lin. lata; petiolo fere

1 lin. longo insidentia, conferta; nervus medianus subtus valde prominulus. Spicæ demum  $2\frac{1}{2}$ -pollicares, juniores haud scorpioideæ; flores laxi, inferiores modo bracteati, bracteis subulatis. Calyx usque ad medium fissus,  $1\frac{2}{3}$  lin. longus, laeiniis angustis, parum inaequalibus. Corolla fere  $3\frac{1}{2}$  lin. longa; limbi expansi diamet.  $2\frac{2}{3}$  lin.; tubus calyce longior, luteus, extus et intus pilis rigidis appressis hirtus, qui per vittas longitudinales nervo mediano loborum correspondentes dispositi sunt. Stamina parti inferiori tubi inserta; antheræ apice acutæ basi sua stigmatis apicem, apice suo laciniæ calycinas attingunt. Nuculae subglobosæ, pilis patentibus albis hispidae, utroque latere foveolatae.

934. *Meliotropium chrysanthum* Ph. Ann. Univ. Chil. 1862. 2. p. 400. H. suffruticosum, pilis appressis albis strigosum et incanum; foliis confertis, linearibus, obtusiusculis, margine revolutis; spicis terminalibus, solitariis, paucifloris, floribus 7.—10, sessilibus, bractea subulata foltis; calycis quinquepartiti laeiniis lineari-subulatis; corolla (sicca saltem) pulchre aurea; tubo calycem superante extus albo-strigoso, intus glabro, corona pilorum e faucibus modo pendentibus; stigmate subsessili, elongato-conico.

Pariter e prov. Mendoza attulit W. Diaz. — Caulis ad summum 9-pollicaris, basi lignosus, 11 lin. crassus. Folia majora  $9\frac{1}{2}$  lin. longa,  $1\frac{1}{3}$  lin. lata; petiolus cornu vix 1 lin. Laciniæ calycinales 2 lin. longæ; corolla 4 lin.; diam. limbi  $2\frac{2}{3}$ . Fructus fere didymus, nuculae latere foveolatae, pilis albis mollibus vestitae. Tubus corollæ et pars mediana laciniarum extus pilis albis appressis confertis strigosi, sed intus tubus glaberrimus, et modo e faucibus quinque pilorum fasciculi nascentur. Antheræ ut in priore sitae, sed elongato-conicae. Stylus brevissimus; stigma basi inflatum;

deinde abrupte angustatum et sensim attenuatum, apice barbatum.

935. **Heliotropium Pearcei** Ph. — *H. fruticosum*, ramosissimum, strigoso-hispidum; foliis confertis, fasciculatis, minutis, linearibus, obtusis, margine revolutis; spicis dichotomis, floribus minutis. Ann. Univ. Chil. 1861. 1. p. 65.

In prov. Coquimbo legit orn. Pearce. — Ramuli floriferi in specimine quod suppetit vix  $2\frac{1}{2}$  poll. longi, adulti glabri. Folia  $3\frac{1}{2}$  lin. longa,  $\frac{1}{2}$ — $\frac{2}{3}$  lin. lata. Corollae 2 lin. longae, albae, extus sicut calyx setis albidis hispidae; laciniae calycinae breves, triangulares; tubus corollae brevis, calycem vix superans. Fructus . . . — Ab *H. chenopodiaceo* A. DC., quo cum floribus foliisque parvis convenit, foliis, calycibus, ramulis strigoso-hispidis nec glabris et glutinosis statim distinguatur.

936. **Eritrichum Volckmanni** Ph. *E. suffruticosum*, multicaule; ramis foliisque viridibus, setis patentibus albidis, hispidis, foliis linearibus aut oblongo-linearibus; florum capitulis terminalibus densis, globosis, bracteatis; calyce setis flavidis hispidissimo; corollae tubo brevi. Ann. Univ. Chil. 1861. 1. p. 54.

Prope Huanta in prov. Coquimbo legit orn. Volckmann. — Specimen, quod ante oculos habeo, ramos quadruplicares circa  $\frac{3}{4}$  lin. crassos ostendit, qui plerumque e medio unum vel duos ramulos florigeros emittunt, et apice capitulo florum terminantur. Color parum canus, foliorum praesertim satis viridis. Folia inferiora fere pollicem longa,  $\frac{3}{4}$  lin. lata, superiora modo 6 lin. longa, fere  $1\frac{1}{2}$  lin. lata; ramea pollicem circiter inter se distant, suprema globulis florum magis minusve approximata. Flores subsessiles, inferiores bracteola calycem aequante fulti; calyx modo 1 lin.

longus, Jaciniis linearibus obtusis, setis flavescentibus fere lineam longis densissime obsitus, sed minime tomentosus. Diameter limbi corollae fere  $1\frac{1}{2}$  lin., tubus vix  $\frac{3}{4}$  lin. longus. Fructus in capitulis nondum aderant, sed in basi ramorum, sicut in *E. dimorpho* mihi, aliisque, flores solitarii aderant fructum matrum relinquentes. Hi fructus calyce inclusi, 1— $1\frac{1}{4}$  lin. longi; achaenia alba, apicem versus valde attenuata, extus convexa, intus tricostata, laevia. — A reliquis speciebus capituligeris v. gr. *E. capituliflora*, *gnaphalioide* etc. calyce minime lanato-tomentoso facile distinguitur.

937. ***Eritrichium longisetum*** Ph. — *E. annum*, setis magnis patentibus, pilisque appressis vestitum; caule dense foliato; foliis linearibus, a basi sensim angustatis; calycis parvi, setis horridi laciniis setaceis, floribus minutis.

In prov. Aconeagua prope S. Felipe, Calembu etc. legi. — Caulis jam 6-pollicaris simplex, cum 1— $1\frac{1}{2}$ -pedalis ramosissimus, setis patentibus, fere  $1\frac{1}{2}$  lin. longis primum flavis, deinde albis sicut folia et calyx hispidus. Folia 8—14 lin. longa,  $\frac{3}{4}$  lin. lata. Spicae geminatae vel ternae, calyx  $1\frac{2}{3}$  lin. longus, fructifer vero  $2\frac{1}{2}$  lin. longus, quinquepartitus, laciniis setaceis, seta longa terminatis. Corollae tubus calycem aequans, diam. limbi vix  $1\frac{1}{4}$  lin. Achaenia vix 1 lin. longa, acuminata, valde tuberculata. — Species pubescentia, caule dense folioso, floribus minutis, laciniis calycinis setaceis distincta; flores axillares, quales in *E. clandestino*, nulli.

938. ***Eritrichum glareosum*** Ph. — *E. annum*, pilis patentibus hirsutum, subcanescens; caule erecto, apice ramoso, c. 6-pollicari; foliis anguste linearibus; spicis dichotomis aphyllis; calycibus densissime hispidis, floribus minimis.

In alveo fluminis Aconeagua frequens. — Folia  $9\frac{1}{2}$  lin.

longa, vix  $\frac{2}{3}$  lin. lata; calyx modo  $1\frac{1}{4}$  lin. longus; tubus corollae calycem aequans; diam. corollae modo  $\frac{1}{2}$  lin. Achaenia punctato-aspera.

939. *Eritrichum apicum* Ph. E. perenne, pilis elongatis albis hispidum; caule pedali erecto, saepe a basi ramoso; foliis confertis linearibus, elongatis, spicis dichotomis et trichotomis, aphyllis; floribus pedicellatis; calycis quinquepartiti laciniis angustis, linearibus, obtusis; diametro corollae bilineari.

In variis locis prov. Aconcagua legi v. gr. prope Catemu. — Caulis c. pedalis,  $1\frac{1}{2}$  lin. crassus. Folia 22 lin. longa, 1— $1\frac{1}{4}$  lin. lata. Calyces breviter pedunculati, fructiferi 2 lin. longi. Achaenia dimidium calycem aequantia, albida, asperrima, sed achaenia hypogaea calyce urceolato breviter dentato inclusa duplo majora, 2 lin. longa, olivacea, laeviuscula. — An *E. lineare* DC.? Planta, quam pro *E. lineari* habeo, pariter fructus hypogaeos habet et racemos apice circinatos sed flores sessiles et calyces multo minores ostendit, caulemque simplicem.

940. *Eritrichum minutiflorum* Ph. E. perenne?, pilis albis appressis strigosum; caule erecto, apice corymboso; foliis linearibus, obtusis, inferioribus emarginatis; racemis bis et ter dichotomis, aphyllis; calyce subsessili, setis flavis patentibus horrido; corollae minimae tubo calycem aequante, limbo brevissimo.

In prov. Colchagua legit orn. Landbeck. — Radix brevis, simplex, nigra. Caulis circa 9-pollicaris, basi vix lineam crassus. Folia radicalia et caulinata inferiora emarginata, caulinata majora quae adsumt pollicem longa,  $\frac{3}{4}$  lin. lata, praerupta convoluta, omnia erecta. Racemi demum tripollicares. Calyx  $1\frac{1}{6}$  lin. longus, haud accrescens; setae baseos calycis

diametrum tubi aequant, setae laciniarum vero longe breviores appressae. Diam. limbi corollæ vix  $\frac{3}{4}$  lin. Achaenia  $\frac{3}{4}$  lin. longa. Etiam in hac specie ad basin caulis calyces, unus vel duo, sessiles, nigri,  $3\frac{1}{2}$  lin. longi, laciñis lanceolatis, qui achaenia fere  $2\frac{1}{2}$  lin. longa, nigra, parce granulata includunt. — Habitus et flores minuti *E. glareosi*, sed perenne, fructibus hypogaeis donatum, caulis appresse pilosus et calyces setis patentibus horridi.

941. *Eritrichium diffusum* Ph. E. perenne? caule diffuse ramoso, pedali, setulis patentibus hirsuto, albo-verruculoso; foliis linearibus, albo-verrucosis, hispidis; calycibus subsessilibus; tubo sicut laciniae setis patentibus flavis horrido; corollæ minimae tubo calycem aequante.

In Andibus prov. Coquimbo invenit orn. Volkmann. — Pars inferior caulis deest. Folia 15 lin. longa,  $1\frac{1}{3}$  lin. lata, exacte linearia; suprema tantummodo basi latiora, nec semper. Racemi ut videtur breviores quam in antecedente. Calyx florifer  $1\frac{1}{4}$  lin. longus, fructifer vix major, ad summum  $1\frac{1}{2}$  lin. Setae parum longiores quam calyx, sed densiores quam in antecedente, et in laciñis pariter patentes, aequae longae quam in tubo. Achaenia subrugosa, longiora quam in *E. minutifloro*. Ab hoc *E. diffusum* praeterea differt: caule diffuse ramoso, foliis albo-verrucosis, planis, latioribus etc.

942. *Eritrichium chrysanthum* Ph. E. perenne; radice simplici; caule erecto, basi ramoso, sicut folia pilis patentibus hispido; foliis linearibus obtusis; racemis densis, globiformibus; calyce setulis flavis dense obsito; corolla sat magna, pulchre aurantiaca, diam. 2 linearum.

In Andibus prope Illapel legit idem. — Caulis sexpollicaris, basi ramosus, ramis divaricatis. Folia pollicem longa, 1 lin. lata. Pedunculi saepe elongati, nudi, sub capitulo vero

foliati, fere involuerati. Diameter capitulorum 5—6 lin. Calyx fere  $1\frac{1}{2}$  lin. longus; laciniae fere lineares, obtusae propter pubem apicis densiorem spathulatae apparent. Tubus corollae latus, brevis; fances angustatae. Achaenia nondum maturavere, sed non desunt fructus hypogaei, calyce jam delecto liberi; haec achaenia alba, 2 lin. longa, tuberculis sat magnis, irregularibus asperrima.

943. **Eritrichum pratense** Ph. E. perenne, pilis appressis dense vestitum; caule ramosissimo decumbente; foliis linearibus, acutiusculis, plerisque oppositis; racemis demum elongatis, aphyllis; pedicellis calyce brevioribus; calyce pilis lutescentibus dense vestito; tubo corollae calycem aequante, limbo mediocri  $1\frac{1}{2}$ -lineari; achaeniis albidis, reticulato-rugosis.

In pratis udis prov. Valdiviae inter Roble et Pilmaiquen legi. — Radix nigra, ramosa, lignosa. Caulis ramosissimus, 6—9 poll. longus. Folia exacte linearia, majora 13 lin. longa,  $1\frac{1}{2}$  lin. lata, sicca albo-verrucosa. Calyx fructifer fere  $1\frac{1}{2}$  lin. longus, florifer 1 lin. longus; laciinis linearibus, obtusis.

944. **Moluccella laevis** L.

Haec planta syriaca variis in locis prov. Aconcagua spontanea facta est v. gr. prope Concumen, in transitus inter Santiago et S. Felipe de Chacabuco dicti declivi boreali etc.

945. **Stachys ochroleuca** Ph. St. 2f, hirsuto-villosa; caule adscendente; foliis inferioribus petiolatis, oblongo-ellipticis, crenatis, superioribus cuneatis, in petiolum attenuatis, sessilibusque, crenato-serratis, floralibus demum ovato-lanceolatis, integerrimis, inferioribus calycem bis aequantibus; verticillastris 5—6-floris; calycis infundibuliformis dentibus tubum dimidium vix superantibus, pungentibus; corollae ochroleucae tubo calycem superante.